



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **In Genesis Enarratio**

**Chyträus, David**

**Vitebergæ**

**VD16 C 2625**

II. Institutio Magistratus politici, & de pœna homicidij, & causis pœnarum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36126**

rabili sapientia Deus motum Solis, Luna, & con-  
nientes Stellarum ortus & occasus accommodat

## CAPVT NOV- NUM.

### LOCI PRÆCIPVI.

- I. *Doctrina de Coniugio repe-  
tur.*
- II. *Institutio Magistratus politici-  
& de pœna homicidij, & ca-  
sis pœnarum.*
- III. *De signo IRIDIS.*
- IIII. *Historia de lapsu Noe in  
strema parte capitis, Decem  
Locos contmet, quos ibi enu-  
uam.*

De primo Loco supra in fine Secundi Capitu-  
tis dictum est.

### II.

Magistratus politicus est potestas

DEO instituta & ordinata, ut sit custos disciplinæ externæ, iuxta totum Decalogum, & tueatur pacem, & puniat contumaces uî corporali. Ac expressè in hoc Capite instituitur & ordinatur Magistratus hac lege. Qui fuderit humanum sanguinem, per hominem fundetur sanguis illius. Quod dictum Chaldeus Paraphrastes sic expressit, Qui effuderit sanguinem hominis, per testes, iuxta sententiam iudicium sanguis eius fundatur.

Eruditissimus autem commentarius in hoc dictum Mosi est caput XIII. Epistolæ ad Romanos, quod est Sedes materiæ de Magistratu politico.

*Quinq; autem sunt causæ, propter quas vult Deus certo ordine per Magistratus Homicidia et alia scelera puniri.*

1. Iusticia Dei, Vindicibus flammis sibi qui contraria delet, Ipseq; iusticiæ regula sola manet.

Hoc disticho expressa est sententia dicti, Deus ignis consumens est.

2. Ut conspiciatur inter homines discrimen inter iustos & iniustos, ut agnoscamus Deum iustum esse, & uelle nos cum sua iusticia congruere.

3. Tranquillitas publica. Prorsus enim dissipetur,

Q 3 tur,

tur, uel certè turbaretur ciuilibus societas, nisi latro-  
cinia & alij furores compefcerentur.

4. Exemplum, ut horrendis pœnis homicidi-  
rum & similibus scelerum, Homines deterriti  
tent delicta. Item ne Boni sceleratorum consuetu-  
dine deprauentur, ut dicitur in Ouidio, Sed in-  
dicabile uulnus Ense recidendum, ne pars sinis  
trahatur.

5. Et grauiſſima causa hoc loco recitatur, Quod  
ad Imaginem Dei Homo factus est. Vt enim Deus  
ipsum & suum Filium, dominum nostrum IESUM  
CHRISTVM, qui est proxima & substantialis  
imago Dei, uult honore affici & non uiolari.  
hominem quoq; propter hanc Imaginem, quæ est  
radius lucis & uitæ diuinæ, uult conseruari. Et  
interfectores Filij sui horribiliter puniuit: Ita  
enim, qui filijs Dei adoptiuus, in quibus per Spiritum  
sanctum Imago Dei instauratur, manus afferunt, &  
in hac uita seuerè puniri uult, & post hanc uitam  
nisi pœnitentiam agant, in æternas pœnas abijcet.

Carnem cum sanguine non comedetis.)

Præceptum de non comedendo Sanguine, Syn-  
bolum est seu Sacramentum seuerissimæ prohibiti-  
onis de cæde, ac sepe postea repetitur, Leuit. 17.  
Deut. 12. 15.

Et Act. 15. Apostoli eundem ritum retinent pro-  
pter tres causas.

I. Propter disciplinam, Quia hæc obseruatio tradita Nohe, erat symbolum politicum, additum prohibitioni cædis. Ideoq; Iudæi propemodum abominabantur esum sanguinis, ut cædem ipsum.

II. Propter scandalum, ne infirmi offenderentur, iuxta Regulam Rom. 14. Infirmum in fide assume, Nam si Apostoli etiam hunc morem antiquum sustulissent, dixissent aliqui prorsus Ethnicismum fieri, atq; ita imperitiores prorsus alienati fuissent.

III. Propter confessionem, ut hoc ritu testarentur se doctrinam inde usq; à Nohe traditam, amplecti. Cum autem hic ritus de sanguine & δ'ι'α'φ'ο'ρ'ο'ς esset, & tantum disciplinæ & scandali causa tunc retentus, rectè fecit Ecclesia abolens eum cessante scandalo.

### TEXTVS.

Carnem cum sanguine non comedetis.) In Ebræo est, Carnem in anima sua, sanguine suo non comedetis. Paraphrasis Chaldaica sic reddidit: Carnem cum anima sua, quæ sanguis eius est. Est enim Sanguis sedes seu uehiculum uitæ, & fons ac nutrimentum Spiritus uitalis, qui uolitans per totam corporis machinam, impertit omnibus membris uificum calorem, & uim sentiendi, mouendi, & omnes functiones animales obeundi.

De manu uiri, & de manu fratris eius requiram animam hominis.)

Q 4 Hoc

Hoc est, de manu cuiuscunq; qui occiderit animam  
requiram, hoc est, sumam poenas de omnibus homici-  
cidis.

Quicumque effuderit humanum  
sanguinem, fundetur sanguis illius.  
In Ebraeo expressè inseritur particula, Per homi-  
nem, scilicet Magistratum, qui iuxta certas & bene-  
ficias leges disciplinam tueri & scelera punire de-  
bet.

## III.

## DE SIGNIS SEU SACRAMENTIS, &amp; de Iride.

Semper Deus uerbo seu promissionibus suis ad-  
didit externa signa in oculis incurrentia, que ad-  
monos hominum de promissione admoneant, & trepidan-  
tes subinde erigant ac confirmant, ut sine illa  
dubitatione promissioni assentiantur. Hæc signa ex-  
terna seu testimonia & sigilla promissionis, usitate  
Sacramenta uocantur, de quorum usu & finibus su-  
pra Capite Quarto dictum est. Ita Iris est signum  
externum, quo confirmatur Noha & tota posteritas,  
ut statuatur deinceps Terram non amplius aqua  
Diluij oppressam iri.

Sentiunt autem pleriq; Iridem etiam ante Diluuium  
fuisse signum pluuiarum, sed nunc deinceps  
destinatam esse in signum fœderis seu promissionis.